

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

nuatim donandum, nichil penitus exigatur, aliquatenus aut recipiatur. In cuius rei testimonium, presentes ipsis dedimus litteras sigillo ipsius domine nostre Regine & nostro pariter sigillatas. Et nos. A. Dei gratia Romanorum Regina, ad petitionem ipsius *Heinrici Marchionis de Hachberg, Avunculi nostri dilecti*, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Rinvelden anno Domini M. CC. LXX. VII. feria secunda proxima ante Carnisprivium.

||

(L. S.)

majest. Annæ Romanorum Reginae.

||

(L. S.)

Heinrici Marchionis de Hachberg.

(:~~~~~:)

CLXI.

EXCERPTA EX RUDOLPHI I. IMPERATORIS
CONFIRMATIONE IMMUNITATIS CIVITATUM VILLINGEN,
FÜRSTENBERG, HASLACH &c. A FORO
EXTRANEI.

ANNO MCCLXXVIII.

Ex Archivo Fürstenbergensi.

Supplicante itaque nostræ Majestatis Culmini Viro Henrico Comite de Fürstenberg, nostro Consanguineo, Imperii fidelissimo, ut cum Villingen, Fürstenberg, Haslach, Dornstetten & alia sua oppida, quæ-

cunq̄ue Patris sui & Ducis de Zehringen, (a) aliorumq̄ue Progenitorum suorum temporibus, qui eadem legitime possederunt & prædecessorum nostrorum Imperatorum & Regum Romanorum illustrium indulto talē gavisā fuerunt libertate seu immunitate, quod nemo Civium oppidorum prædictorum utriusq̄ue sexus extra oppidum suum potuit vel debuit coram Iudice aliquo extraneo conveniri sibi suisq̄ue civibus & oppidis prædictis libertatem seu immunitatem hujusmodi innovare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur. Nos ipsius Comitis Henrici, qui se nostris & Imperii Servitiis præ cæteris hæctenus fidelius & irremissius applicabat, & adhuc applicat incessanter, precibus inclinati, libertatem seu immunitatem prædictam sibi suisq̄ue Civibus & oppidis prænotatis innovamus, & confirmamus præsentium testimonio litterarum, volentes & auctoritate Regia firmiter inhibentes, ne quis Civium oppidorum prædictorum, coram alio quo, quam oppidi, in quo residet, Iudice, sive realis, sive personalis, sive alia quæcunq̄ue contra ipsum actio intentetur, stare iudicio compellatur, sed si quis contra ipsos Cives vel eorum aliquem habuerit actionem, illum coram Iudice, vel Schulteto oppidi ejusdem juris ordine prosequatur . . . Datum in Castris apud Marchegge XIV. Kal. Sept. Indiēt. VI. Anno Dom. MCCLXXVIII.

(a) Duces de Zehringen Comitum Fürstenberg. progenitores sunt per Agnetem, Bertoldi IV. filiam, quæ Egoni Comiti Urac. nupserat. Vid. Hist. Zaringo-Bad. T. I. pag.